

LA BADIA DI S. LEONE DI BITONTO

Alcuni diplomi inediti trascritti nel Cod. 1625 (fol. 305 segg.) della Biblioteca Universitaria di Padova danno la possibilità di arricchire le scarse notizie raccolte dagli studiosi locali sulla Badia di S. Leone in Bitonto (1).

Con atto del 1148 il marchese Manfredi ebbe a concedere al nominato cenobio alcuni appezzamenti siti nella sua terra di Gravina. Questa segnalazione, per quanto monca, ha la sua importanza: ci dimostra già esistente a tale data il cenobio di S. Leone, e ancor vivo nel primo semestre del 1148, semprechè il documento non sia da riferire per l'indizione bizantina agli ultimi tre mesi del 1147, l'aleramico Manfredi, marito della marchesa Filippa (2).

Con istrumento del 16 gennaio 1197 Alvita de Senerchia donò fra l'altro al nostro monastero benedettino *domos quatuor et casalenos duos* situati là dove *nundinae solitae anno quolibet celebrari consueverunt*. Anche quest'atto ha la sua importanza: ci dimostra già istituita anteriormente al 1197 una fiera in Bitonto e ci precisa che essa aveva luogo *iuxta alias domos et casalenos dicti monasterii*.

Da queste due notizie di epoca normanna si salta, attraverso il buio del periodo svevo, all'anno 1272, in cui ai Benedettini si

---

(1) DOTT. VITO ACQUAFREDDA, *Bitonto attraverso i secoli*, Bitonto, 1936, p. 56 segg.

(2) G. ANTONUCCI, *Gli Aleramici di Puglia*, Cuneo, 1933, p. 4.

trovano sostituiti i Cistercensi, e poscia all'anno 1444, in cui ai Cistercensi si trova sostituito un commendatario.

Ora, il primo documento offertoci dal codice di Padova è un diploma del conte palatino Roberto di Loretello e Conversano, del maggio 1172: con esso il nominato conte donò all'abate di S. Leone un appezzamento *in loco Nazzarico* dichiarandolo franco *ab omni tributo*.

Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri. Proinde nos Robbertus dei et regia gratia palatinus comes Lorotelli comesque Cupersani, filius et heres domini Robberti Cupersani comitis bone memorie et dominus civitatis Rubi, petitionibus tuis, domine Nicole ecclesie sancti Leonis site non longe a civitate Botonti abbas venerabilis, annuentes, pro salute animarum dominorum gloriosissorum regum Ruggerii et Guillelmi et domini ducis Roggerii felicis recordationis, et pro exaltatione regie corone serenissimi domini nostri regis Guillelmi et pro salute quoque animarum predicti patris et matris nostre et pro remedio nostrorum criminum, concedimus tibi et tue cui presidetis ecclesie sancti Leonis tertiam partem unius petie terre que vocatur triginta vinealia in loco Nazzarico, his finibus circumdatam: primo a media antica est terra Petracce Strambi, secundo est terra eiusdem ecclesie sancti Leonis, tertio a medio pariete est terra predicti domini gloriosissimi regis, quarto a medio pariete et quomodo advolvit et revolvit aliquantulum sunt due partes de predicta terra. Quatinus de cetero iure proprio predicta concessio sit in potestate et dominio predictae ecclesie et eius rectorum cum ingressibus et regressibus suis ac cum omnibus infra habitis et contis, faciendi in ea et de ea quodcumque volueritis france et absolute ab omni tributo et omni exactione publica sine nostra nostrorumque heredum vel successorum seu alicuius controversia. Et ad huius nostre concessionis securitatem plenissimam iussimus hoc preceptum vobis scribi per manus Grifi melficientis nostri notarii et solito nostro typario plumbo impresso insigniri in quo inferius signum nostre salutis dextera propria fecimus.

Hec autem acta sunt in cartello nostro Rubi coram nostris baronibus et fidelibus. Anno incarnationis dominice millesimo centesimo septuagesimo secundo, regni que domini nostri gloriosissimi Guillelmi anno septimo, mense maio, indictione quinta.

✠ Signum sancte crucis proprie manus mee Robberti qui supra palatini comitis Lorotelli.

Petrus iudex et camerarius.

✠ Signum sancte crucis proprie manus mee Tancredi de Rubo.

A questo documento di epoca normanna segue nel codice di Padova un atto dell'arcivescovo di Bari, del febbraio 1266: con esso il presule rivolse caldo invito ai fedeli perchè con opportune elemosine gli rendessero possibile di ripristinare il *monasterium S. Leonis... depauperatum et quasi destructum*.

Universis Christi fidelibus dilectis in Christo fratribus, ad quos presentes littere pervenerint, frater Iohannes miseratione divina Barensis et Canusine sedis archiepiscopus salutem in eo qui est omnium vera salus. Quoniam ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi sive bonum fuerit sive malum, debemus mescionis extreme diem operibus misericordie prevenire, firmam spem fiduciamque tenentes quoniam qui parce seminat parce quidem et metet, et qui seminat in benedictionibus de et benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur monasterium S. Leonis sit depauperatum et quasi destructum propter discrimina ipsum non possit suis sumptibus sustentari nisi vetris elemosinis adiuvetur, universitatem vestram monentes rogamus in domino quatenus eidem monasterio predicto, cum sit summe meritorium de bonis vetris collatis vobis adhuc pie subvenire velitis ut per hec et alia bona que feceritis domino inspirante possitis ad eterne felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de misericordia Ihesu Christi eiusdem virginis matris et beatorum Sabini et Nicolai meritis et intercessionibus confidentes, omnibus qui in presenti quadragesima, die lune, die mercurii, et die veneris ad predictum monasterium venerit, unum annum et quadraginta dies de iniuncta eius penitentia et quartam partem venialium misericorditer in domino relaxamus. Datum Bari VI februarii, anno MCCLXVI, indictione prima.

L'abbandono lamentato, forse esageratamente, dall'arcivescovo di Bari ci spiega il silenzio che avvolge la storia della nostra Badia per tutta l'epoca sveva, ma non importa una interruzione nella vita del monastero, intorno al quale anzi si era venuta consolidando con esenzioni e franchigie la suddetta fiera annuale. Ciò è confermato da un diploma di Carlo II d'Angiò, del luglio 1294, che è il terzo documento trascritto nel codice di Padova.

Karolus secundus dei gratia rex Jerusalem, Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comes. Iusticiariis Terre Bari et presenti(bus) videlicet et futuris, Fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Ex parte religiosorum virorum abbatis et conventus monasterii S. Leonis de Botonto devotorum nostrorum fuit nostre expositum maiestati, quod cum monasterium

ipsum, octo diebus ante festum S. Leonis quod est de mense aprilis, et in ipso die festi, et catholicarum regnorum Sicilie temporibus, ex concessione priorum regum usque nunc nundinas habere consueverit liberas et exemptas, ita quod licitum est singulis ad easdem nundinas occurrentibus vendere et emere merces pro ipsorum libito libere et absque iure aliquo curie persolvendum, et hoc servatum fuerit et sit a tempore, cuius memoria non existit, ac adveniente die octavo ante festum predictum bannum publice poni consueverit in eadem terra Botonti, quod unusquisque ad easdem nundinas veniens, dictis octo diebus vendat et emat libere, ac mercetur. Baiuli ipsius terre contra huiusmodi libertatem temere venientes, bannum huiusmodi, adveniente dicto die octavo ante festum predictum, emitti facere malitiose recusant, subrahentes quandoque duos, quandoque plures dies de libertate predicta, ac alias mercatoribus ad easdem nundinas accedentibus contra dictam libertatem molestias inferunt in preiudicium et gravamen monasterii supradicti. Eis igitur supplicantibus, sibi super hoc secundum iustitiam providere, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus monasterium ipsum super libertate huiusmodi contra iustitiam ac antiquam et obtentam eorum in hac parte consuetudinem molestari sen turbari, ab iisdem baiulis nullatenus permittatis. Immo monasterium ipsum ab eorum vexationibus illicitis prout iustum fuerit, manuteneatis et etiam defendatis. Presentes autem licteras nostras, postquam eas inspexeritis, quantum et quando fuerit opportunum penes eosdem abbatem et conventum pro ipsorum cautela volumus remanere. Datum Melfie per Bartholomeum de Capua militem, regni Sicilie prothonotarium et magne nostre curie magistrum rationalem, anno domini 1294, die primo iulii, 7 indictione, regnorum nostrorum anno decimo.

Non erano però soltanto i baiuli che disturbavano il monastero di S. Leone nel libero godimento delle ottenute franchigie; anche i giustizieri della provincia concorrevano ad accentuare le lamentate molestie, sequestrando ai mercanti, col pretesto di sottoporli a controllo, i pesi e le misure da loro portati. Tutto ciò si desume da un diploma di re Roberto del giugno 1316.

Robertus dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comes. Iusticiariis Terre Bari ac secretis Apulie presentibus et futuris fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Habet assertio pro parte religiosorum virorum abbatis et conventus monasterii S. Leonis de Botonto noviter nobis facta, quod dum circa et prope monasterium ipsum et in ipsius territorio generales rerum venalium nundine, annis singulis, celebrantur, mercatores qui cum eorum mercimoniis in ipsis conveniunt et negotiantur, ibidem, per istitarios, qui pro tempore presunt in ipsa

provincia et familiares eorum proprium in hoc querentes commodum cum aliena iactura. calumpniose multipliciter molestantur. capiunt namque ab eis et capi faciunt iustitiarum cannas, pondera et mensuras asserentes. illa se velle discutere si sunt iusta. et huiusmodi pretextu. ipsa per triduum et ultra interdum retinent. prepedientes inique mercatores ipsos in venditione suarum mercium et in aliis negociacionibus. eorundem in ipsorum mercatorum dispendium et in eiusdem monasterii grave preiudicium atque dampnum. Ipsi itaque religiosis verisimiliter dubitantibus ne per vos presentem et futuros iusticiarios similia attemptentur et supplicantibus per nos super hoc de opportuno remedio provideri. Nos premissa si vera sunt moleste ferentes fidelitati vestre districte precipimus quatenus vos iusticiarii, cum discussio cannarum. ponderum et mensurarum minime ad officium vestrum spectet. vos de hiis intromictere nullatenus de cetero presumatis; vos autem secreti cum hec ad officium vestrum spectent si huiusmodi pondera cannas et mensuras oporteat discuti, ea sic celeriter curetis discutere. ac super eorum prout ad vos spectat falsitate inquirere quod ex dilatione indebita non impediatur. mercium mercatorum ipsorum vendicio et negociacio nec tardetur; et propterea querelam iterari de hiis in nostra presentia non contingat. servetur tenaciter capitulum regni in hac parte et presentibus post inspectionem ipsarum remanentibus presentanti. Datum Neapoli per Nicolaum de Ioha (*sic*) iuris civilis professorem locumtenentem prothonotarii regni Sicilie. anno domini MCCCXVI die penultimo iunii. XIII indictione. regnorum (nostrorum) anno octavo.

Mi accorgo di avere con gli ultimi riferimenti oltrepassati i limiti di tempo assegnati a queste mie ricerche diplomatiche; faccio senz'altro punto, nella speranza che non riescano del tutto inutili le compiute segnalazioni.

GIOVANNI ANTONUCCI